

aliorum associantium ingressum in Civitatem narrationibus, subdit Orator: *Arvitate poi le loro Maesta alla Chiesa di San' Agostino de' Riformati, smontate di cavallo, e di cocchio, baciarono ginocchioni con pietosa unilita la Croce, che loro porse Monsignor Nunzio del Pontefice assistito dal Clero, e da molti Vescovi, e Prelati con Mitre. L' Imperatrice Madre con tutte le Dame, Cardinale d' Arrach, ed Ambasciatori delle Corone l' attendea alla porta; e dopo gl' Inni, e Canti, Monsignor Nunzio si accosto alle Maesta loro, e fece a parte l' interrogazione, se intendevano approvare, e confermare il Matrimonio in facien Ecclesia, stabilito per Procuratorem in Madrid? Ed avutane la vicendevole confermazione, benedi in nome del Signore, e in Virtu di speciale Delegazione Pontificia gli Sposi, e le Augustissime Nozze, impostando loro con breve Orazione Prole numerosa, e felicissimi Successi. Così si passò alle stanze dell' Imperadore, poi alla cena con bell'ordine disposta, apparsa in una gran Sala tra concerti di Musica, ed allegrezza, &c. En igitur servatum in praxi monitum Dianæ Coordinati d. tom. 2. traç. 6. resol. 60. §. 4. ita dicentis: Unde sic faciendum, si forte non receperunt Sacramentum, postea illud recipiant.*

DECISIO V.
ARGUMENTUM.

Inquiritur, Quænam sit Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii? Referuntur octo opiniones diversæ; quarum tres ultimæ tamquam magis probabiles commendantur. Videlicet, quod Materia vel sit contrahentium corpora; Forma eorum traditio per verba, aut nuntus æquivalentes. Vel quod consensus conjugum sit Materia; Eiusdem verò consensus expressio verbalis sit Forma. Vel quod Materia, & Forma sint Verba contrahentium sub diverso tamen respectu: nempe Materia dum traditionem corporum: Forma, dum eorumdem corporum receptionem exprimitur. Tandem ostenditur, An Muti & Surdi à nativitate possint contrahere Matrimonium, seu in Religione profiteri?

SUMMARIUM.

- 1 Theologorum varietas circa Materiam, & Formam Matrimonii.
- 2 Consensus mutuus an sit Materia Matrimonii. Forma, verba illa: Derelinquet homo patrem, & matrem suam, &c.
- 3 Forma Matrimonii an sint Verba Sacerdotis: Coniungo Vos &c.
- 4 Verba priora unius contrahentis an sint Materia; posteriora alterius an sint Forma Matrimonii?
- 5 Consensus an sit Forma; actus verò precedentes an sint materia Matrimonii?
- 6 Conformitas ad legem an sit Forma Matrimonii?
- 7 Corpora contrahentium Matrimonium an sint ejus Materia? Forma verò, Verba exprimentia consensus? & num. 16.
- 8 Materia remota non facit Sacramentum; sed proxima.
- 9 Traditio corporum in Matrimonio est Materia proxima.
- 10 In Matrimonio idem est Materia, & Minister.
- 11 Consensus mutuus est Materia: ejus expressio est Forma Matrimonii. & num. 17.
- 12 Materia Sacramenti debet esse sensibilis. & n. 15.
- 13 Dolor internus peccatorum quomodo sit Materia Sacramenti Penitentia?

- 14 Verba utriusque conjugis quomodo possint esse Materia, & Forma Matrimonii? & num. 18.
- 15 Materia debet esse transiens in Sacramento transiente.
- 16 Muti & Surdi à nativitate an possint contrahere Matrimonium? Quid non; rationes tres.
- 17 Quod sic; Et quare?
- 18 Æthiopes non vocæ, sed nutibus loquentes.
- 19 Mutus ac Surdus, si etiam sit cæcus à nativitate, non potest contrahere Matrimonium.
- 20 Mutus & Surdus simul an possit facere Professionem Regularem?
- 21 Contrahentes Matrimonium an faciant duo, vel unum Sacramentum?

Cum itaque Matrimonium sit Sacramentum conferens gratiam sanctificantem, ex opere operato illud dignè suscipientibus, ut supra comprobavimus; & omne Sacramentum consistit ex materia, & forma, ac intentione Ministrum, & suscipientis, ut ex Decreto Eugenii IV. de Unione Armenor. docent omnes Theologi; & nos diximus in nostris Decisionibus De Sacram. in genere decif. 1. n. 8. idcirco in presenti inquirendum venit, *Quæ sit Materia, & quæ Forma Sacramenti Matrimonii?* Sed quia ipse Eugenius IV. in Concilio Florentino in supradicto Decreto, materiam, & formam aliorum Sacramentorum assignavit; non etiam hujus Sacramenti Matrimonii; idcirco Theologi de hac re disputant, & aded variè discunt, ut teste Matrino disp. 7. de Matrim. n. 44. hic verè locum habeat adagium, *Quos capita, tot sententia;* siquidem circa Materiam, & Formam Sacramenti Matrimonii, plurimæ repertiuntur opiniones, quæ referunt Sanchez eod. traç. de Matrim. lib. 2. disp. 6. Layman. lib. 5. traç. 10. punct. 1. c. 2. & alii allegati per Dianam in part. 3. traç. 4. resol. 250. reposita in ejus opere coordinato tom. 2. traç. 6. resol. 97. & præcipuè sunt sequentes.

Prima est Catherini in Opuscul. de Matrim. qu. 1. assertentis Sacramenti Matrimonii Materiam esse utriusque Conjugis consensum mutuum, verbis, vel nutibus sufficientibus expressum: Formam verò esse verbum Dei, de quo in Genes. 2. 24. & Christi in Matth. 19. 5. sanctificans omne Matrimonium, quantum semel tantum fuerit prolatum, nempe: *Propter hoc relinquet homo Patrem suum, & Matrem suam, & adheret Uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Sed hæc opinio est improbabilis, quia ad formam; quia omnia Sacramenta dum consuntur, requirunt suam materiam, & formam præsentem; quæ tunc moraliter præferatur in eodem tempore, toties quoties fit Sacramentum, quapropter verba supradicta semel prolata ab initio mundi, & semel à Christo Domino repetita, non possunt esse Forma pro omnibus, & singulis Matrimonii usque ad finem mundi celebrandis.

Secunda opinio est Cani lib. 8. de locis Theologic. c. 5. dicentis; Materiam quidem hujus Sacramenti esse consensum contrahentium verbis, vel signis expressum, ac Formam esse verba, quæ profert Sacerdos conjungens ipsos contrahentes in Matrimonio, dum dicit: *Ego coniungo Vos in Matrimonio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen;* subdens Auctor prædictus, quod si dicit Sacerdos, & Matrimonium fiat sine Sacerdotis presentia, est quidem validus contractus, non tamen Sacramentum. Sed hæc quoque opinio communiter rejicitur à Theologis, quia ante Concilium Tridentinum Matrimonium erat Sacramentum, etsi clandestinè factum, & absque presentia Sacerdotis; ac etiam quia Eugenius IV. in Concilio Florentino in cit. Decreto de Sacramentis §. 16. Sacerdotem non requirit, neque illum pro causa efficiente nominat; sed tantummodo ait: *Causa efficiens Matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus.* Ergo nullo modo

lo modo verba Sacerdotis possunt obtinere locum Formæ hujus Sacramenti.

Tertia est opinio Richardi in 4. lib. sent. dist. 26. art. 4. quasi 2. scribentis, priora verba ab uno ex contrahentibus prolata esse, Materiam Matrimonii; posteriora verò, quæ ab altero contrahente profertur, esse Formam; aded ut dum Vir dicit: *Ego accipio te N. in Uxorem;* hæc verba sint materia Sacramenti; & dum Mulier respondet: *Ego te accipio in Matrimonium;* hæc verba habent vim formæ: idemque fore censendum, si prius loquatur mulier, & et Vir respondeat; videlicet, quod verba mulieris reputentur Materia; Viri verò verba posterioris dicta censentur Forma. Hæc opinio placet Victorie in Summa num. 245. Henriquezio lib. 11. c. 2. & aliis, sed rejicitur à cæteris Theologis, tum quia Sacramentum Matrimonii non habet Materiam, & Formam certas, sed vagas; esset enim in potestate contrahentium ex materia facere formam, & ex forma facere materiam loquendo prius, vel posterioris; tum etiam quia si loquerentur ambo uno & eodem tempore destrueretur Materia, & Forma; quia cognoscere non possent, imò non essent verba priora, ac verba posteriora.

Quarta est opinio Vignerii in Instit. c. 16. docentis, Formam Matrimonii esse consensum contrahentium verbis expressum, sive verba exprimentia consensus; Materiam verò esse alios precedentes actus consensum contrahentium. Porrò nec ista opinio amplectitur ab aliis, quia non offendit, qui sint tales actus precedentes expressionem consensus; quia hi vel sunt Sponsalia, vel Instrumentum Dotis, aut Scriptum nuptiale, & similes: At nullus horum potest vocari materia Sacramenti Matrimonii, quia non raro contrahitur sine illis.

Quinta opinio est Hiquei in Commentar. disp. 26. n. 71. & Poncii disp. 49. qu. 5. assertentium Materiam hujus Sacramenti esse contractum mutuum; Formam vero esse conformitatem ad legem, seu ad divinam institutionem; à qua provenit gratia. Sed non solum obscura est hæc opinio, & difficilis intellectu; sed non potest esse vera, quia materia, & forma Sacramenti debet consistere in aliqua re sensibili, à Deo instituta in signum efficac gratiæ conferendæ; talis autem dicit non potest neque asserta conformitas legi, neque Divina institutio; neutra enim censetur res sensibilis.

Sexta opinio, quæ inter probabiliores admittitur, est S. Antonii 3. p. tit. 1. c. 2. art. 1. nec non Vasquezii tom. 4. in 3. p. disp. 3. de Matrim. cap. 5. & aliorum citatorum à Collegio Salmanticensi tom. 12. de Matrim. traç. 9. cap. 3. num. 58. & à Laymano lib. 5. traç. 10. punct. 1. c. 2. n. 3. tenentium, Materiam Sacramenti Matrimonii esse corpora contrahentium mutuò tradita, vel tradenda: Formam verò esse verba, vel alia signa externa æquivalentia, quibus exprimitur internus consensus eorumdem corporum mutuæ traditionis, & translationis. Probatur hæc opinio It. Christus Dominus, ut passim repetunt Theologi, in nullo penitus immutavit contractum Matrimonii; sed solummodo exivit illum ad statum Sacramenti, ut esset gratiæ collativus. Ergo eadem Materia, & Forma est assignanda in hoc contractu, quæ in aliis Contractibus civilibus assignari solent, quæ Sacramenta non sunt. Liquidò autem constat in aliis contractibus Materiam illam esse, de qua contrahitur, ut in venditione domus, vel equi, ipsa domus, vel ipse equus; Formam verò esse mutuum contrahentium consensum signis externis, & sensibilibus expressum circa eundem contractum. Igitur cum eadem sit Materia, & Forma Matrimonii, quantum Sacramentum est, & quantum contractus; & materia hujus contractus sint corpora mutuò tradenda; forma autem consensus expressio circa eandem traditionem, concludenter dicitur, *De Sacram. Matrim.*

Materiam Sacramenti Matrimonii esse corpora tradenda contrahentium; Formam verò expressionem consensus per verba, aut signa, vel nuntus æquivalentes circa eandem corporum mutuam traditionem. Probatur secundo hæc opinio ita: Eugenius IV. in præcitato Decreto *Fidei de Sacram. dicit: Omnia Sacramenta tribus perfici; Rebus, tamquam Materia; Verbis, tamquam Forma; & Intentione Ministrum.* Sed secundum hanc opinionem corpora tradenda à contrahentibus Matrimonium sunt res; eorumdem consensus expressio stat in verbis; intentio quoque ipsorum concurret tamquam Ministrorum. Ergo supradicta verè, & propriè sunt Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii. His, & aliis argumentis, quæ brevitate gratia omittuntur, hæc opinio recensetur inter magis probabiles apud Matrium de Matrim. d. disp. 7. n. 53. in 4. sent.

Nihilominus Salmanticenses, qui cam laudant, sed non amplectuntur, duo obijciunt contra illam: Unum est, Sacramentorum Materia alia est remota, seu circa quam; & alia est proxima, seu ex qua. Prima non facit Sacramentum, sed secunda; exempli gratia in Baptismo Aqua est quidem materia remota, sed ipsa non est Sacramentum: at effusio aque, seu ablutio baptizando cum aqua, quæ est materia proxima, facit Baptismi Sacramentum. Igitur corpora contrahentium, esto quod sint materia Sacramenti Matrimonii, tamen sunt materia remota, quæ ex se non facit Sacramentum. Alterum obiectum est. In Sacramentis Materia debet esse distincta à Ministro; & Minister non potest esse idem cum Materia: Sed in præfata quarta opinione, Materia, & Minister sunt unum & idem. Ergo non est probabilis opinio.

Cæterum respondetur, hæc objecta de facili tolli, quia quoad primum; corpora contrahentium sunt quidem materia remota; at eorum traditio, quæ fit in actu contrahendi, & suscipiendi Sacramentum Matrimonii, est materia proxima; prout aqua in Baptismo, tamquam quid materiale, est materia remota, & circa quam; ejus verò traditio, per abluionem, est materia proxima, & ex qua. Ad secundum respondetur procedere in aliis Sacramentis, non in Matrimonio; & ratio differentia est, quia Sacramentum Matrimonii sequitur naturam contractus, hujus autem contractus Matrimonialis natura est, ut idem sit Materia, ac Minister sub diverso respectu; quia qui efficit contractum est ipse contrahens tamquam Minister; & Materia ejusdem contractus est corpus alteri conjugii tradendum, circa quod versatur contractus. Ita Matrino d. disp. 7. num. 58.

Septima est opinio Navarii in Manuali cap. 22. num. 20. & aliorum Canonistarum docentium, Materiam Sacramenti Matrimonii esse mutuum consensum contrahentium; Formam verò consistere in verbis, quibus ille consensus exprimitur; nam per verba prædictus consensus informatur, & determinatur. Placet hæc opinio Valentia disp. 10. de Matrim. quest. 1. punct. 6. & Averlæ eod. traç. qu. 2. sect. 3. & cam docuerunt Capreolus in 4. dist. 26. qu. Unic. art. 3. & Rebullus de obl. just. lib. 2. quest. 4. sect. 3. num. 13. & se fundant in doctrina S. Thomæ, qui in 4. dist. 26. q. 2. art. 1. in solut. ad 1. dicit, verba conjugum esse formam hujus Sacramenti; & in solut. ad 2. habet, actus conjugum esse materiam illius; hi autem actus sunt consensus interni utriusque contrahentis.

Adhuc tamen impugnatur à pluribus hæc opinio ita: Materia Sacramenti debet esse sensibilis; siquidem sensibile signum est omne Sacramentum. At consensus internus non est sensibilis, cum sit purè spiritualis; non cadens sub sensu hominum, & quatenus habent, ut res cadant sub sensibus ad hoc, ut eas intelligant; ad differentiam Angelorum, à quibus per conceptus internos percipiuntur. Ergo consensus

sensus internus contrahentium Matrimonium non potest esse materia Sacramenti Matrimonii . Respondet Averfa d. qu. 2. scilicet 3. quod licet consensus internus in non cadat sub sensu, tamen fit sensibilis, & deducitur ad notitiam sensus, quando exprimitur per verba, ac nutus sensibiles; & hoc sufficit, ut possit esse Materia Sacramenti, exemplo contritionis, quae est materia Sacramenti Penitentiae, etsi fit dolor internus, consistens in corde peccatoris; eò quia per eius manifestationem fit res sensibilis, & deducitur sub sensu, dum peccator confitetur peccata sua; & de eis se dolere asseverat. Quare in definitione Sacramenti docent quidem Theologi de toto Sacramento, quod sit signum sensibile; sed non ponunt, materiam per se, & formam per se sensibilem esse debere, sed satis esse, si una per alteram fiat suo modo sensibilis. Multi non acquiescunt huic responsioni, negantes paritatem materiae Sacramenti Penitentiae, quae non consistit tota in dolore interno, sed etiam in confessione peccatorum, ac satisfactione, ut diximus in nostris Decisionibus, de Sacram. Penitent. Decif. 13. n. 1. idem (inquunt,) non mirum, si dolor internus sit materia sufficiens, cum sit materia partialis tantum, quae suppletur ab aliis partibus materiae omnino sensibilibus, nempe manifestatione culpam, & satisfactionis. Porro adhuc responderi potest, dari Sacramentum validum Penitentiae sine confessione, & sine satisfactione in illis, qui amiserunt loquelam; & per aliqua signa tantum, seu nutus manifestant dolorem internum culpam suam; unde idem dici potest de consensu interno conjugum, quem manifestant, dum Matrimonium inter se inveniunt; & sic haec septima opinio inter probabiliores reputatur a Maffrio in 4. sent. d. disp. 7. num. 49.

Octava tandem, & ultima opinio est Salmanticensium in d. tom. 12. trad. 9. de Matrimo. cap. 3. num. 63. docentium, Verba utriusque conjugis, quae ab eis profertur, dum simul contrahunt Matrimonium esse Materiam, & formam huius Sacramenti, Materiam, quatenus exprimitur traditionem corporis sui; Formam, quatenus exprimitur acceptionem traditi corporis alterius. Sic itaque dicunt ibi Salmanticenses: Verba utriusque conjugis ad invicem sunt Materia, & Forma; nimirum quatenus verba unius conjugis exprimitur traditionem illius, sunt Materia; & Verba alterius, ut exprimitur acceptionem, se habent ut Forma, & d. corverso. Verbi gratia: Quando Vir dicit femine, Recipio te in coniugem, duo facit; scilicet exprimit traditionem sui corporis feminae; & acceptionem nutus traditionis feminae ad ipsum. Similiter ex parte feminae quando ipsa dicit, Accipio te in Maritum, & traditionem sui, & acceptionem alterius explicat. Verba ergo utriusque conjugis, secundum quod exprimitur traditionem, sunt materia respectu alterius; cuius verba ut expriment acceptionem illius, se habent ut Forma; & consequenter verba alterius ut expriment traditionem sui alteri, se habent ut Materia; & alterius verba, ut expriment acceptionem illius, se habent ut forma. Ac proinde in hoc Sacramento datur duplex Materia, & Forma partialis, neutra tamen perfectè significans, nisi ut conjuncta cum alia. Huc usque Salmanticenses, qui postea allegant multos Theologos ita autumantes, inter quos S. Thom. 3. part. in addit. qu. 42. art. 1. ad 1. & 2. Suarezium in tom. de Sacramenti qu. 60. art. 8. disp. 2. scilicet 1. Sanchezium lib. 2. de Matrimo. disp. 5. num. 6. Petrum de Ledema eod. trad. 9. 42. art. 1. dub. 4. conclus. 7. & alios plures, praecipue Carmelitas.

Probant autem hanc suam opinionem sequentibus rationibus, & argumentis. Primo: Materia, & Forma Sacramenti debet esse sensibilis, & quando Sacramentum est transiens, debet & ipsa transiens esse. Sed non datur alia Materia, aut Forma sensibi-

lis aptior ad Sacramentum Matrimonii, quam consensus utriusque conjugis modo dicto explicatus. Ergo. Minor probatur. Talis consensus verbis, aut signis explicatus, est sensibilis, & transiens, sicut ipsum Sacramentum. Ergo verba utriusque conjugis exprimentia consensum in traditionem corporum, & reciprocam acceptionem sunt apta Materia, & Forma. Secundo: Sacramentum Matrimonii retinet naturam contractus, & pendet ab ejus essentia. Sed natura, & essentia contractus non pendet a re, quae in contractu deducitur, sed a verbis contrahentium, quibus inter se proprium consensum expriment circa ipsum contractum. Ergo etiam in ratione Sacramenti, essentia eius perficitur in verbis utriusque contrahentis, quatenus per eorum verba fit corporum traditio, ac reciproca acceptio. Non desunt tamen objecta, & argumenta contra hanc opinionem, quae proponuntur, ac evacuantur ab eisdem Salmanticensibus d. cap. 3. a num. 66. & seqq. quae tanquam spectantia ad Scholasticos hic non referuntur, & possunt ibi videri, prout apud Maffrium in 4. sent. d. disp. 7. num. 52. nec non apud Eminentiss. Card. de Laurae de Matrimo. disp. 13. a num. 43. & seqq.

Debent Studiosi nostri ex hucusque dictis colligere, sextam, septimam, & octavam ex relatis opinionibus, esse magis probabiles; nam pro eisdemstant gravissimi Auctores. Siquidem pro sexta (quae docet materiam huius Sacramenti esse corpora contrahentium tradenda, vel tradita; formam vero exprimentia consensum ejusdem traditionis) non solumstant S. Antoninus, & alii supracitati, sed novissimè eam amplectuntur doctissimus Maffrius d. disp. 7. num. 53. & Eminentiss. Card. de Laurae d. disp. 13. num. 46. & n. 67. Pro septima (tenente consensum esse loco Materiae, ejus verò expressionem per verba, aut signa vim formae habere) praeter Navarrumstant omnes Canonistae in e. Tua nos. 26. de Sponsalib. ac etiam Eminent. Cardinalis Toletus in Summa lib. 7. cap. 6. num. 2. Octava autem (quod Materia, & Forma consistit in Verbis conjugum denotantibus traditionem, & acceptionem reciprocam suorum corporum) amplectitur non solum a Salmanticensibus, & a Theologis ad eam supra citatis; sed etiam a Diana Coordinato tom. 2. trad. 6. resol. 97. §. 2. quae refertur in veteri part. 3. trad. 4. resol. 250. necnon a Cotonio in Controvers. Celebr. lib. 5. Controv. 1. cap. 1. num. 18.

Hic autem querit aliquis, Utrum Mutus & Surdus à nativitate possit contrahere Matrimonium? Et prima facie videtur respondendum negativè. Primo, quia deficiente Materia, & Forma non potest fieri Sacramentum. Sed Verba contrahentium sunt Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii secundum octavam supra relatum opinionem; vel saltem habent vim Formae secundum sextam, & septimam. Igitur cum in Muto & Surdo deficiant verba, id est Materia, & Forma, non potest ab eo fieri Sacramentum Matrimonii. Secundo, quia, ut pluries dictum est, Matrimonium retinet naturam contractus, quae à Christo Domino in nihilo mutata est, quando illud elevavit ad dignitatem Sacramenti. Sanchez de Matrimo. lib. 2. disp. 11. num. 2. Sed Muti & Surdi de Jure Civili Matrimonium contrahere non poterant, ut demonstrant Gonzalez in Comment. ad cap. Apud Sedem. 23. num. 5. de Sponsalib. tom. 4. Ergo neque Matrimonii Sacramentum inire, Terzo; Quibus non licet quod minus est, neque quod est majus potest licere; argum. tex. in l. Non debet. ubi Decius tom. 2. de Regul. Jur. l. Relegatorum. §. Possess. ff. de Interd. & Releg. l. Qui indignus. ff. de Senatorib. cap. Cum illorum. de Sentent. Excommuni. Sed Muti & Surdi simul non possunt in civilibus stipulari. l. 1. §. Mutum. 14. ff. de Verb. Oblig. nec testamentum facere. l. Heredis. 21. ff. Qui testamta

menta fac. poss. l. 6. §. 1. ff. eod. quae omnia minora sunt, quam Matrimonium inire. Ergo Mutus & Surdus à nativitate non poterit Matrimonii Sacramentum contrahere.

Contrarium tamen est dicendum; ea ratione, quia licet Surdus & Mutus verba profere non valeat ad suum consensum exprimentum, potest supplere per nutus, & signa, ut ostendi in meis Decisionibus de Sacram. Penitent. Decif. XXII. ubi de Mutorum mirabili ingenio, ac industria tractavi; nutus autem, & signa sufficiunt pro interno hominis consensu declarando, juxta illud Cassiodori lib. 4. var. Epist. ult. Homines possunt sine oris affatu suum velle declarare. Ac illud Divi Augustini in Jos. 23. Ecce nutu ostendit quod vis; necnon juxta relationem Plinii lib. 6. Histor. c. 30. scribentis: in Aethiopia nutum, motumque corporis pro sermone fuisse. Idcirco Mutum & Surdum posse contrahere Matrimonium, respondit Innocentius III. in d. cap. Cum apud Sedem. 23. de Sponsalib. & quamvis textum illum intelligendum esse vel de Muto tantum, vel de Surdo tantum; non autem de Muto, ac Surdo simul putaverint Ancharanus, Parisius, Petrus Bollo, & alii relati à Barbosa in Collect. DD. ibi; nihilominus verius est, Summam Pontificem intellexisse de Muto ac Surdo simul, ut comprobant Michalorius de Surdo & Muto cap. 49. Barbosa, & Gonzalez in eod. cap. Cum apud Sedem; ubi respondet argumentis contrariis dicendo, contractus, ac actus alios verba praecise requirentes Mutum & Surdum facere non posse; sed eorum alios, in quibus consensus exprimi potest per nutus, seu signa verbis aequivalentia, & talis est contractus Matrimonii; & idèò Mutos ac Surdos à nativitate posse ritè, ac valide Matrimonium inire, ac Uxorem ducere docent, praeter Canonistas citatos ab eisdem Barbosa, & Gonzalez in d. cap. Cum apud Sedem, ac etiam omnes Theologi, quos cumulant, & sequuntur Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 8. num. 12. & Diana Coordinatus d. tom. 2. trad. 6. resol. 116. §. 2. & resol. 117. desumptis ex veteri part. 5. trad. 6. resol. 9. & resol. 10. ubi tamen limitat, si Mutus ac Surdus esset etiam Caecus à nativitate; & praedictis omnibus consentit novissimè Cotonius lib. 4. Controv. 4. cap. 1. num. 24. ubi argumentando de Matrimonio carnali ad Matrimonium spirituale bene infert, quòd Mutus & Surdus simul à nativitate potest esse capax Professionis Regularis, si aliqui ingeniosus sit, & docilis, ut possit signis, & nutibus intelligere obligationem vitae Religiosae, & suum consensum praestare ad illam amplectendam, ac protendam; ut scriperunt etiam idem Sanchez in Summ. lib. 5. capit. 3. numer. 2. tom. 2. & Diana Coordinatus tom. 7. trad. 1. resol. 142. quae existit in deordinato, & veteri part. 5. trad. 6. resol. 34. in qua alios Theologos, ac Canonistas hoc idem tenentes cumulat; quibus ego addo Bordonum de Professione Regular. cap. 3. Quest. 15. num. 63. ubi titubat in hac permissione; & idcirco in casu pratico non omitteudo, sed consulendus.

Tandem notandum venit, quòd licet in Matrimonio duplex sit Materia, & duplex Forma; quae à duobus Conjugibus contrahentibus in quacumque ex 24 tribus relatis opinionibus probabilioribus exhibetur; nihilominus ipsi non faciunt duo Sacramenta, sed unum tantum Sacramentum Matrimonii. Ratio est, quia duplex illae Materiae, & Formae dicuntur partiales, & ex eis integratur Sacramentum ipsum, prout in genere contractus duplex Materia, & Forma in contrahendo proveniens à duobus contrahentibus conficit non duos contractus, sed unum contractum, ut latius demonstrat Emin. Card. de Laurae de Matrim. disp. 13. art. 5. ubi numer. 81. dat similitudinem Eucharistiae, in qua adhibentur duae Materiae, Panis scilicet, ac Vinum; & duae For-

mae in consecratione; & tamen non constituunt duo Sacramenta, quia duae partiales Materiae, ac Formae sunt ex quibus unum integrum completur Sacramentum. Et haec similitudo non multum quadret; nam una species consecrata est verum Sacramentum sine consecratione alterius, cum Materia, & Forma Panis non dependeat à materia, & forma Vini; quòd fecus est in Matrimonio, in quo consensus, & verba unius conjugis pendet à concursu verborum, & consensu alterius; adeò Materia, & Forma, quam exhibet unus ex contrahentibus nihil operetur, nisi concomitanter interveniat Materia, & Forma, quam subministrat alter Conjugum in eodem contractu.

DECISIO VI.

ARGUMENTUM.

Agitur de Ministro Sacramenti Matrimonii; & examinatur, An sit Sacerdos, vel ipsi Conjuges? Rationes sex pro Sacerdote, quae tamen evacuantur Alia septem pro Conjugibus, quae illos veros esse Ministros huius Sacramenti comprobant, Sacerdotis autem verba ad solam benedictionem deservire. Conjuges usque ab initio Ecclesiae coram proprio Sacerdote solitos fuisse contrahere, ab eo benedici, & in Missa communicari ostendunt. Tandem varii, ac curiosi Ritus Romanorum, Gentilium, ac Hebraeorum in eorum Matrimoniis ineundis referuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Sacre Res ab Ecclesiasticis tractanda.
- 2 Simonia est exigere temporale in administratione Sacramentorum.
- 3 Mulieres Sacramenta ministrare non possunt.
- 4 Parochus ex precepto Conc. Trid. dicit: Ego vos conjungo &c.
- 5 Suscipientes Sacramentum debent esse distincti à ministrante.
- 6 Sacramentum Ministrans in mortali, mortaliter peccat.
- 7 Parochum esse Ministrum Matrimonii, Doctores qui dixerint?
- 8 Ministri Matrimonii sunt ipsi Conjuges, non autem Sacerdos.
- 9 Claudefina Matrimonia erant vera Sacramenta.
- 10 Copula olim transire faciebat Matrimonium de futuro in praesens.
- 11 Parochus nulla verba dicente, Matrimonium est validum.
- 12 Parochus etiam invito, Matrimonium coram eo contractum valet.
- 13 Eugenius IV. non posuit expressè Ministrum Matrimonii.
- 14 Minister Sacramenti ille est, qui applicat Materiam, & Formam.
- 15 Matrimonii contractus in nihilo fuit immutatus à Christo.
- 16 Conjuges sunt ambo unus Minister totalis Matrimonii.
- 17 Dummodò sint baptizati, ac mentis compotes.
- 18 Procuratores aliorum contrahentes Matrimonium non sunt ejusdem Ministri.
- 19 Laici in casu necessitatis possunt baptizare.
- 20 Parochi sunt Ministri benedictionis matrimonialis, non Matrimonii.
- 21 Mulieres ab Eucharistiae consecratione, & dispensatione arcentur.
- 22 Verba Parochi in Matrimonio non sunt de forma Sacramenti.

- 23 Eucharistia, ac Matrimonii idem est Minister, ac Sufcipiens.
- 24 Sacerdos consecrans Eucharistiam tenetur etiam eam suscipere.
- 25 Coniuges contrahentes Matrimonium in mortali, peccant mortaliter.
- 26 Sed utrum tanquam ministrantes? an tanquam suscipientes? n. 28.
- 27 Laici in peccato baptizantes non peccant.
- 28 Parochorum obligatio monendi Sponsos, ne contrahant in mortali.
- 29 Parochi presentia non concernit essentiam Matrimonii.
- 31 Matrimonia ab initio Ecclesie eorum Sacerdotes celebrata, & ab eo benedicta.
- 32 Coniuges benedicti prima nocte in Virginitate manebant.
- 33 Tertulliani testimonium de Benedictione, Missa, ac Communione contrahentium Matrimonium.
- 34 Ebrii Matrimonia contrahentes eum sacrificio.
- 35 Romanorum Matrimonia fiebant vel per coemptionem, vel per fornicationem.
- 36 Ritus variis nationum gentium contrahendi Matrimonia.
- 37 Matrimonia Hebrorum benedicebantur, & de aliis eorum Ritus.
- 38 Julius Maurocenus Neophtus ex Iudeo laudatus.

Post traditam Materiam, ac Formam Sacramenti Matrimonii, sequitur videre, quomodo sit Minister huius Sacramenti? Et eadem prima facie videtur dicendum, Parochum, vel alium Sacerdotem de eius licentia, esse huius Sacramenti Ministrum ex sequenti rationibus.

Primo, quia personae Ecclesiasticae, ac Deo consecratae tantum sunt illae, ad quas spectat ministrare Sacramenta iuxta illud Apostoli 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores Mysterium Dei; horum autem Ministrorum gradus unus est Episcoporum, alter Parochorum, alter simplicium Sacerdotum. Ergo horum aliquis tantum debet esse Minister Matrimonii, quod Sacramentum est.

Secundo, quia in c. Cum in Ecclesia, de Simonia prohibetur Ecclesiasticis aliquid temporale accipere in administratione Sacramentorum, & in benedictione Nuptiarum sub pena Simoniae; ibi: Ne in benedictionis nuptiarum, seu alius Sacramenti conferendis, seu collatis aliquid exigatur, districte prohibemus. Ergo Parochus, seu Sacerdos dum benedicit nubentes, idem confert Sacramentum Matrimonii, & est eiusdem Sacramenti Minister.

Tertio: Quia per Sacros Canones expressè prohibitum est mulieribus, ne possint, aut valeant Sacramenta ministrare. cap. Tribus gradibus, dist. 2. Sed quatenus Parochus, seu Sacerdos non esset Minister Sacramenti Matrimonii, & illud coniuges sibi ministrarent, sequeretur, quod Feminae hoc ministerium sibi assumerent contra praedictam prohibitionem. Ergo.

Quarto: Quia Concilium Tridentinum sess. 24. de Ref. Matrim. c. 1. determinat verba, quae proferre debet Parochus in celebratione Matrimonii, ita dicens: Parochus Viro, & Muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, dicat: Ego vos coniungo in Matrimonio in Nomine Patris &c. Ergo Parochus est Minister conjunctionis illius, & per consequens Sacramenti Matrimonii.

Quinto: Suscipientes Sacramentum debent esse distincti à Ministro idem Sacramentum conferente; ut patet in Baptismo, & in aliis Sacramentis, in quibus alius est qui baptizat, & alius qui baptizatur; & alius est, qui Sacramenta confert, alius qui illa suscipit. Sed si Parochus, vel Sacerdos non esset Minister Sacramenti Matrimonii, ipsi autem

coniuges essent Ministri, evaderent simul Ministri, & suscipientes, quod fieri non convenit. Ergo Parochus, aut Sacerdos interveniens de eius licentia in celebratione Sacramenti Matrimonii, est eiusdem Sacramenti Minister.

Sexto: Minister Sacramenti si illa ministrare existens in peccato mortali sacrilegium committit, & mortaliter peccat; quia praecipuum est, ut ministrantur ab existentibus in gratia. Psal. 100. 6. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat; quod fuisse probat Eminen. Card. de Laurea de Sacramentis in genere dist. 10. art. 4. ubi refert verba S. Augustini lib. 2. contra Epiph. Parmeniani cap. 10. Omnia Sacramenta obfunt indignè tradantibus. Sed quando Parochus, vel Sacerdos non esset Minister Sacramenti Matrimonii; sed illud contrahentes sibi ministrarent, ipsi frequenter committerent sacrilegia; cum eorum plurimi Matrimonium contrahant absque praemissa Sacramentali Confessione, & existentibus in peccato mortali. Ergo ad haec mala evitanda, dicendum videtur, Parochum, vel Sacerdotem esse Ministrum huius Sacramenti; prout ex his rationibus ita dixerunt, ac tenuerunt Melchior Canus lib. 8. de locis Theol. cap. 5. Gulielmus Estius in 4. Sent. dist. 26. §. 10. Franciscus Sylvius in 3. part. D. Theol. quest. 42. art. 2. quest. 1. quos citat Diana Coordinatus in tom. 2. trañ. 6. resol. 96. §. 2. ubi addit, quod hanc opinionem tanquam probabilem videtur admittere etiam Didacus Nugus in 3. part. trañ. 1. quest. 64. art. 6. dist. 1. concl. 2. & quod magis est, eam placuisse Cardinali Tolero, qui in Sum. lib. 7. cap. 6. n. 4. ita loquitur: Minister ante Concilium Tridentinum non erat necessarius, quia poterat esse verum Matrimonium sine Ministro: ut videtur sess. 24. cap. 1. de Ref. Matrim. est annullatum Matrimonium clandestinum, & statuitur, ut nisi adfit Ordinarius, vel Curatus, vel Sacerdos de ipsorum licentia, & ad iudicium duo testes, esse nullum sit Matrimonium. Jam ergo pertinet ad essentiam Matrimonii Minister cum testibus, ac ante non pertinebat.

Ergo etiam iuxta Cardinalem Toletum Parochus, seu Sacerdos est Minister huius Sacramenti. Nihilominus contrarium esse tenendum iuxta communem Theologorum, ac Canonistarum doctrinam, concorditer docentium, Ministrum Sacramenti Matrimonii semper fuisse, & nunc esse ipsos Coniuges contrahentes; quod demonstratur, & probatur sequenti rationibus, & argumentis.

Primo: Quia ante Tridentinum Concilium Matrimonia clandestina erant vera Matrimonia, simulque Sacramentum, ut patet ex eod. Concil. Trid. sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1. Sed clandestina Matrimonia erant illa, quae fiebant sine praesentia proprii Sacerdotis. cap. Nullus; & cap. Nostros. 30. qu. 7. Ergo Sacerdos non erat Minister Sacramenti Matrimonii, sed ipsi Coniuges contrahentes.

Secundo: Olim Matrimonium contractum per verba de futuro, si sequebatur copula, evadebat statim in verum Matrimonium, tanquam per verba de praesenti factum, & erat indissolubile; eò quia praesumebatur, quod habentes copulam, ne peccarent, nutassent consensum de futuro in praesentem, & sic contraxissent. cap. 13. qui, & cap. fin. de Sponsal. Sed in eo casu nullus interveniebat Sacerdos. Ergo Ministri huius Sacramenti sunt ipsi Coniuges contrahentes.

Tertio: Quia verba Parochi sunt simplicis benedictionis nubentium, non autem consecrationis Sacramenti indicativa. Imò si Matrimonium celebratur à conjugibus coram Parocho nihil dicente cum testibus, est Matrimonium validum. Ergo ipsi coniuges sunt Ministri, non autem Parochus, vel Sacerdos.

Quarto: Ad validitatem Sacramenti requiritur intentio Ministri, & quod in eo sit voluntas faciendi illud

illud Sacramentum. At coniuges contrahentes coram Parocho, & testibus valide contrahunt, etiam si Parochus sit invitus, reclamer, dissentiat, ac protestetur in contrarium, ut scribit omnes DD. quos citat, & sequitur Barbosa de Parocho, cap. 21. num. 47. & de offic. ac potest. Episc. alleg. 32. n. 84. ac pluries decimum fuit à Rota Romana, coram Card. Seraphino Decif. 1099. num. 5. & part. 4. recent. tom. 2. Decif. 431. ubi Paulus Rubens in Annotat. notat alias Rotaes Decisiones num. 14. & 15. & Sacrae Congregationis Concilii consimiles declarationes num. 16. Ergo Sacerdos non potest dici Minister huius Sacramenti, sed ipsi contrahentes.

Quinto: Si Sacerdos esset Minister Matrimonii, fuisset tanquam talis expressus ab Eugenio IV. in Decreto de doctrina Sacramentorum. Sed in eo Sacerdos non exprimitur; imò in §. 16. dicitur, Causa efficiens Sacramenti Matrimonii est mutui consensus, (id est contrahentium) per verba de praesenti expressus. Ergo contrahentes ipsi sunt Ministri.

Sexto: Ille est Minister Sacramenti, qui in eo conferendo applicat Materiam, & Formam. Sed coniuges contrahentes applicant in Matrimonio Materiam, & Formam; vice illae sunt corpora eorum, ac ipsorum traditio reciproca; si ve sint consensus interior, & eiusdem exterior expressio; si ve verba reciproca, traditionis, ac acceptationis mutuae significativa. Ergo idem Coniuges contrahentes sunt huius Sacramenti veri Ministri.

Septimo, ut pluries dictum est: Christus non immutavit naturam contractus Matrimonii, elevando illud ad dignitatem Sacramenti. Sed in esse contractus Ministri sunt ipsi contrahentes. Ergo etiam in esse Sacramenti contrahentes ipsi sunt Ministri Matrimonii; ac proinde, ut ait Mastrius in 4. dist. 7. n. 61. uterque efficienter concurrat vel physice, vel moraliter iuxta opinionum varietatem ad gratiam producendam, non solum in seipso, sed etiam in altero coniuge, & ut docet Scotus dist. 26. sub Litt. M. in 4. sunt ambo unus Minister totalis integralis, & duo partiales, quia sic concurrunt ad efficiendum contractum. Quare ita tenent, sentiunt, ac docent Sanchez de Matr. lib. 2. dist. 6. num. 2. Emin. Card. Bellarminus lib. 1. de Matrim. cap. 6. Sotus in 4. dist. 26. quest. 2. artic. 3. Suarez tom. 3. in 3. p. dist. 16. sect. 1. col. 2. & alii, quos cumulat Adden. ad Cardin. Toletum d. lib. 7. c. 6. sub num. 4. & Diana Coordinatus d. tom. 2. trañ. 6. resol. 96. qua refert à Dianz antiqui, ac inordinati part. 3. trañ. 4. resol. 253. quibus inter novissimi mos adhaerent Cotonius in controvers. Illustr. lib. 5. controvers. 1. cap. 1. n. 24. & 25. addens, dummodo sint baptizati, & compostes mentis; Eminen. Card. de Laurea de Matrim. d. dist. 13. art. 6. per totum; ac praedictis doctissimus Mastrius in 4. dist. 7. artic. 2. in quo sub n. 62. advertit, quod etiam quando Matrimonium fit per Procuratorem, nuntium, aut per Epistolam, ipsi principales contrahentes sunt Ministri huius Sacramenti, quia ipsi sunt, qui contractum agunt, materiam, ac formam exhibent, ac ministrant.

Nec subsistunt argumenta pro contraria opinione superius adducta. Nam responderetur

Ad Primum: Personae Ecclesiasticae requiri ad dispensationem mysterionum Dei, quae egent consecratione; non autem in aliis; alioquin sequeretur, quòd Laici in casu necessitatis non possent baptizare, siquidem praxis Ecclesiae habet, non solum Laicum virum, sed etiam feminam baptizare posse; imò etiam invidem, si intendat facere, quod facit Ecclesia. Igitur non est inconveniens, Sacramentum Matrimonii à Laicis ministrari, non autem à Sacerdotibus, quia sic requirit natura huius Sacramenti, à cuius susceptione cum ipsi Sacerdotes arceant, non est mirum, si eiusdem non possint esse

De Sacram. Matrim.

Ministri. Ita Mastrius d. dist. 7. sub num. 63. & Emin. Cardin. de Laurea dist. dist. 13. num. 105.

Ad Secundum responderetur ex ipsa lectura textus in cit. cap. Cum in Ecclesia, de Simonia, colligi, Sacerdotes non esse ministros Sacramenti Matrimonii; sed ab eis benedictionem dari ipsis conjugibus, qui coram illis contraxerunt, ac sibi ipsa Sacramentum ministrarunt. Sunt itaque ministri benedictionis nubentium, non autem ipsius Sacramenti; & etatenus prohibentur sub pena Simoniae aliquid temporale exigere, quia eadem benedictio est res Spiritualis, ac rei Spiritualis annexa. Ita Emin. Card. de Laurea d. dist. 13. num. 106.

Ad Tertium responderetur: textum in cap. Tribus gradibus, de Consecrat. dist. 2. arceat mulieres à consecratione, dispensatione, & custodia Eucharistiae; non autem à ministerio Matrimonii: idè ubi est opus consecratione, non potest mulier in Sacramentis locum Ministri occupare; secus autem in aliis, ut hic in Matrimonio, ac in Baptismo, urgente necessitate, ut dictum est supra.

Ad Quartum responderetur; verba illa, quae proferat Parochus super coniuges coram se contrahentes ex praescripto Concilii Tridentini, ac Ritualis Romani, esse verba simplicis benedictionis, non autem de forma Sacramenti; & sic non censentur formalia, sed deprecatoria; ac idè mutantur iuxta diversitatem regionum, & Ritualium; & ubique verba Sacerdotis conspirant, ut Matrimonium per eodem coniuges initum, à Deo benedicatur, & donis caelestibus, ac temporalibus cumuletur. Propterea tantum abest, verba, quae Sacerdos profert, esse de forma Sacramenti; ut, etiam ab eo omitantur, Matrimonium sit valide initum, & perfectè completum, ut ait prelaudatus Emin. Card. de Laurea dist. dist. 13. numer. 107. & dictum est supra num. 12.

Ad Quintum responderetur, in aliquibus Sacramentis suscipientes debere esse distinctos à ministrantibus; sed non in Sacramentis omnibus: nam in Eucharistia idem Sacerdos est Minister conficiens Sacramentum, ac Suscipiens; & ita in Matrimonio idem sunt Ministri, ac Suscipientes. Ratio autem de hoc Sacramento est, quia sequitur naturam contractus; ad faciendum verò contractum ipsi contrahentes exhibent Materiam, & Formam; & per consequens sunt eiusdem contractus Ministri; idcirco etiam tales sunt in ratione Sacramenti. Quòd autem in consecratione Eucharistiae, Sacerdos, qui eam conficit, teneatur etiam eam suscipere, statutum est in cap. Relatum. & in cap. Perada, de Consecrat. dist. 2. Quòd si non susciperet, Sacriligium committeret. cap. Comperimus, ead. dist.

Ad Sextum, & ultimum responderetur; coniuges contrahentes Matrimonium in peccato mortali utique peccare mortaliter, & Sacriligium committere, quia Matrimonium est Sacramentum vivorum, per se statum gratiae supponens, & idè peccat, quia ponunt obicem gratiae ejus. Non sunt autem concordēs Theologi in definiendo, An coniuges peccent mortaliter, tum tanquam ministrantes, tum tanquam suscipientes hoc Sacramentum, in statu peccati mortalis? Alii volunt, eos peccare utroque modo, & tanquam Ministros, & tanquam Suscipientes, & sic eos eodem tempore committere duo peccata. Ita Pontius de Matrim. lib. 1. capit. 8. num. 11. Navarrus in cap. 1. §. Sacerdos. n. 10. de Penit. dist. 6. Alii tenent, eò utroque modo peccent, eos tamen committere unum peccatum tantum, quia una, & eadem actione ministrant, & recipiunt Sacramentum. Ita Emin. Card. de Laurea d. dist. 13. de Matrim. n. 110. Alii verò magis probabiliter docent, eosdem coniuges peccare quidem mortaliter tanquam suscipientes Sacramentum Matrimonii in peccato mortali, quia gratiae obicem

obice ponunt; sed eos non peccare tamquam Ministris eisdem Sacramento, quia solus Minister consecratus tenetur ad illud præceptum Sancta Sancti tradendi ex vi eiusdem suæ consecrationis, qua specialiter deputatus est ad Sacramenta conficienda; unde Laici, quando baptizant in casu necessitatis, non adstringuntur illo præcepto, juxta S. Thomam 3. p. quest. 64. art. 6. ad 3. Ita astruit Sanchez de Matrim. d. lib. 2. disp. 6. num. 4. Gutierrez eod. tract. cap. 41. num. 3. Layman lib. 5. tract. 1. cap. 5. num. 9. & alii, quos numerat, & sequitur Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 6. resol. 113. desumpta ex veteri part. 3. tract. 4. resol. 198. quibus consentit Matrus ead. disp. 7. sub num. 64. Igitur quoad prædictum sextum argumentum contrarium, in nihilo officit, quin ipsi conjuges possint, ac debeant esse Ministri in Sacramento Matrimonii quod conficiunt; est enim peccent mortaliter, & sacrilegium committant, si extra statum gratiæ, ac in mortali scienter existant; onerantur hoc gravi piculo tamquam Sacerdotes, non tamquam Ministri. Et hic advertant Parochi, quanta sit eorum obligatio monendi Sponfos, ac Sponfas, ut constentur peccata sua, antequam ad contrahendum Matrimonium accedant, & ut illud Sacramentum pie, sancte, & in gratia recipiant; quod utinam omnes Rectores animarum advertent, & operarentur, ne ipsi sint Deo rationem reddituri tot Sacilegiorum, quæ à contrahentibus Matrimonium in peccato mortali, ob eorum incuriam, committuntur.

Hucusque deducta nos monitos faciunt, ac certos reddunt, præsentiam proprii Sacerdotis in contractu Matrimonii, ejusque benedictionem super conjugibus contrahentibus, non spectare ad essentiam ejusdem contractus, qui ante Tridentinum Concilium etiam sine proprio Sacerdote valide fiebat; sed ad Ratum, ac solemnitatem ejusdem contractus, tantumque Sacramenti venerationem: siquidem ab initio Ecclesiæ statutum fuit, ut Matrimonia coram Sacerdote celebrarentur, & solemnem ab eo Conjuges benedictionem obtinerent, ut legitur in Epistola prima S. Evaristi Papæ creati Anno 112. in tom. 1. Concilior. pag. mibi 311. cujus hæc sunt verba, relata etiam in cap. Alter. 30. quest. 1. videlicet: *Aliter legitimum non sit conjugium, nisi ab his, qui super istam feminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & suo tempore Sacerdotaliter, ut nos est, cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, &c.* Similiter in Concilio Carthaginensi IV. quod celebratum fuit Anno 390. sub Siricio Papa. (& habetur in eodem tom. 1. Concilior. pag. 757.) ita fuit dispositum, ut referret etiam in cap. Sponfus 30. q. 5. Sponfus, & Sponfa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à Parentibus suis, vel à Parocho offerantur; qui eum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in Virginitate permaneant. Imò Tertullianus, qui per integrum seculum cum dimittendo ante hoc Concilium florabat, Anno scilicet 230. de hoc solemniter rati, & Sacerdotali conjugum benedictione, aliisque piis actionibus sic scriptum reliquit in lib. 2. ad Uxor. in fin. Unde sufficiens ad enarrandam sollicitudinem ejus Matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsequium Angeli venientis? Quæ verba declarat Emin. Cardin. Baronius in suis Annalibus Ecclesiasticis ad Annum 57. n. 48. ita dicens: *Sed hæc singula explicemus; antiquos enim Ecclesiæ mores Annalibus nostris invenire ex instituto suscepimus. Quod igitur ad primum pervenit Ecclesiæ sollicitudinem conciliat Matrimonium, dum per Sacerdotem contrahentium mutuo elicitio prius confensus, junguntur in unum eorum dextera, quibus accedit osculi Sancta libatio, atque velatio; de quibus item Ritibus idem Tertullian. de Veland. Virgin. cap. 11. in fin. & S. Gregorius Na-*

zianzenus Epistol. 57. Quod addit: Confirmat oblatio: *Missa insinuat Sacrificium, quod (ut antiqui Rituales Libri Ecclesiastici tradunt) in Matrimonii consideratione offerri à Sacerdotibus consuevit. Et quid mirum si hoc facerent Christiani, cum nec Ethnicis sine Sacrificio nuptias contrahere soliti fuerint? Post vero eisdem contrahentibus à Sacerdote solitam Sacram Eucharistiam (ut etiam nunc fit) imparti, idem Tertullianus alibi docet (De Monogamia, capit. 11.) Illi, Sacerdotes videlicet, sic dabant viros, & uxores, quemodò bucellas. Quod præterea idem ait: Et obsequium Angeli renunciant; Per Angelos Tertullianus intelligere Sacerdotes consuevit; Sacerdotes enim Matrimonium inter partes antea patrum in Ecclesia denunciare solent. Hucusque Emin. Card. Baronius, ex cujus verbis conspiciet licet, etiam in primis Ecclesiæ sæculis, Parochos consuevisse denuntiationes Matrimoniorum facere, conjuges contrahentes in Ecclesia Sacerdotali benedictione munire, pro illeam adstantibus Missam celebrare, ac illos Sacra Eucharistia reficere.*

Quod autem etiam Ethnicis (ut supra inquit Baronius) in contrahendis Nuptiis sacrificium adhiberent, ostendunt Bullingerus lib. 3. de Imperat. Roman. capit. 17. Demipiterus additament. ad cap. 37. lib. 5. Antiquit. Rahn; & alii, quos citat Sherlogus tom. 2. in Cantic. Vestigat. 1. sect. 1. numer. 4. & ex Canonistis Gonzalez in Commentar. ad capit. 1. de Secunda. Nupt. numer. 6. tom. 4. & præcipue sub numer. 18. ubi latè ex Cicerone, Plinio, Valerio Maximo, & aliis de solemnitatibus, ac Ritibus publicis Paganorum in eorum Matrimoniiis celebrandis fieri consuetis differit, & concordat Petrus Gregorius Tolofanus in Syntagmat. Jur. Univ. lib. 9. capit. 5. in quo postquam ostenderit duos præcipuos fuisse modos apud Romanos contrahendi Matrimonium; unum per Coemptioem, quo pæcis denariis 35 Vir fingebat emere feminam; femina autem Virum; alterum per Farrationem; conjugibus scilicet farre in manibus adinvicem tenentibus; & coram decem testibus sibi promittentibus, sacrificabantur panes farrei; descendit ad indicandos varios alios solemnem ritus diversarum nationum in Nuptiis inendis, ita à numer. 42. seqq. scribens: Feruntur & plures diversarum nationum ritus. Cymbri, 36 ut ajunt, ubi depauctum erat Matrimonium, ungues refecabant, & Sponfus Sponse, & e contra, Sponso Sponfa segmenta dono mittebat; que si mutuo acceptarentur Matrimonium ratum erat; atque tunc simul veluti conjuges conveniebant. Inter Teutonicos Uxor Marito, Maritus vicissim Uxori capillos reddebat, in quo faciendo consensus Nuptias perficiebat. Apud Armenios, Sponfus seindebat extremum auriculæ dexteræ Sponse; Sponfa autem Sponso extremum finitæ; & hoc solo ritu perficiebatur Matrimonium. Apud Elamitas Sponfa, & Sponse mutuo sibi utque ad sanguinem pungebant digitum cordis, præsentibus invitatis, & ita firmabatur Matrimonium. Apud Numidas utraq; conjugum pubebat in terram, & luto inde facto in symbolum Matrimonii, frontes mutuo frungebant. Dacti mutuo se ampledebant, & his, qui adstant, novum nomen imponebant; quod si hilare acciperent, ratum erat Matrimonium. Apud Hungaros Sponsi mutuo sibi imagunculas argenteas præmittent, quibus recepissis jucundæ Nuptiæ celebrabantur. Mos apud Sicionitas, ut futurus Vir calcem pedis dexteri Sponse mitteret; Sponfa autem Sponso finitri. Apud Tartaros, proximis utrinque in convivium vocatis, perficiebant Matrimonium, manducantibus Sponso, & Sponfa eadem manu, Scytæ mutuo sibiangebant primum pedes, post genua, dehinc cubitos, frontes, oculos, aures, & tandem se exoculabantur.

tur, eoque ritu in perpetuum firmabatur Matrimonium. Apud Cardienfes, Sacerdotes ad domum Mariti ibant, ubi conveniebat Mulier, ibique accendebant ignem, qui nunquam extinguatur, saltem dum viverent, debebat: nam si extingueretur, fiebat divortium; & erat inflat repudi, nisi simul quadraginta annis vixissent: indeque abijt in Proverbium, pro Repudio aquam igni inicere. Hucusque Tolofanus.

Quod si Gentiles adhibebant solemnem ritum in eorum Nuptiis, non est credendum ab his se abstinuisse Hebræos. Hi enim dum Matrimonium contrahabant, benedicebantur, ut constat in nuptiis Tobie junioris, & Saræ, quos Raguel benedixit, ut legitur Tob. 4. dicens: *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjugat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.* Idcirco ipse Petr. Gregor. Tolofanus d. lib. 9. Syntagmat. Jur. n. 21. hæc subdit: *Inter Judæos habetur benedictio sponsaliorum, in qua qui benedictioni præpositus est, sumit Calicem, & recitat Orationem: Qui creas fructus Vitis &c. & aliam Sponsalibus accomodat; postea bibit vinum, & postea prorsus Sponso & Sponse, impletur & postea septem dies convivii. Hoc idem servari his diebus à Judæis testatur Julius Maurocepus, olim inter ipsos Rabbinius doctissimus Venetus, sed gratia Dei præventus ad Pilem Christianam conversus, qui Romæ in Collegio de Propaganda Fide Magister lingue Hebraicæ assumptus, librum composuit, Typis Romæ impressum Anno 1683. in quo conatur, Judæos ad viam veritatis vocare, & eos de incredulitate, ac erroribus convincere. Agens autem de eorum cæremoniiis in Matrimonio contrahendo par. 2. cap. 60. pag. 985. ita differit:*

Nel giorno dello Sposalizio ambedue gli Spofi digiunano finchè si faccia la cerimonia della funzione, ma per devozione. Le Donne Vedove si rimaritano di Giovedì. Nel giorno e nell'ora designata alla cerimonia va lo Spofato accompagnato da molta gente, e da' Rabbini, e Cantarini, che lo vengono a ricevere, alla Sinagoga dopo mezzodi all' orazione Minebb, o Vespero, come si disse alla face. 416. Và poi similmente in casa della Spofa, ed ivi sotto un baldachino, in presenza di tutti loro, si pone a canto alla Spofa, coprendosi ambedue col Taleth, cioè con quel manto di pendacoli, che si spiegò nel cap. 10. All'ora il Rabbino, o il Cantore, preso in mano un bicchiero, o carafa piena di vino, dice le seguenti benedizioni intitolate, Benedizione degli Sposalizi detti Trush; Benedetto tu Signore Dio Re del Mondo, Creatore del vino &c. quali finite, affaggiando di quel vino il Rabbino, o il Cantario fa, che lo Spofa, e la Spofa bevano del medesimo. Ciò fatto lo Spofa mette in dito alla Spofa l'anello Nuziale, dicendo: Ecco, che tu sei Spofata a me con questo anello conforme alla Legge di Moise, e d' Israele. E qui gli assistenti gridano ad alta voce: Mekudect, Mazal Tou, bešman Tou; che vuol dire: Santificata, o Spofata con buona ventura, con buon augurio. Scrittose poi lo Spofa la carta dotale, e la sottoscrivono anche i Rabbini, o altri Testimoni; e lo Spofa ne giura l'osservanza, toccando il lembo della veste del Rabbino, che gliela porge a questo fine.

Si fa poi la seconda funzione dal Rabbino medesimo con un'altra carafa di vino in mano, e canta altre sette benedizioni, che sono registrate nel sopraddetto Rituale, e tutte insieme sono dette benedizioni de' Nisecevin, o Matrimoni; Quali finite, il Cantario affaggià di quel vino, e ne dà allo Spofa, ed alla Spofa; e riavendo in mano la carafa, la getta in terra col resto del vino, gridandosi di nuovo da tutti: Con buona ventura: Dicono poscia il Salmo 65. Jubilate Deo omnis terra; e si termina la funzione detta Le sette bene-

dizioni, e quella sera lo Spofa fa convito a i parenti, ed amici, dalli quali suol anche essere regalato di zucchero, e di confectioni, e tal volta d'argento, e d'oro lavorati, conforme l'usanza, e costume del paese, e nel fine del convito si replicano di nuovo le riserite sette benedizioni.

Sequitur prædictus Auctor narrare, quòd post convivium sunt concentus musici, ac salitationes usque dum veniat hora ducendi ad thalamum nuptialem eisdem Sponfos; quæ solemnitates, & gaudia nuptialia non distant à parabola decem Virginum, quæ accipientes lampades suas exierunt obvians Sponso, & Sponse, ut legitur in Evangelio S. Matthæi cap. 25. ubi Cornelius à Lapide sub Vers. 2. ita scribit: *Nota. Olim, uti & nunc, Sponso honoris causa addebantur comites juvenes, egregii, & ornati: Sponso verò Virgines, eaque sæpe decem numero. Porro nuptias celebrabant noctu; quocirca Sponfus vespere adibat domum Sponse, ubi honorifice, & lautè a parentibus Sponse exceptus, inde Sponfam in ades suas, aut, si ille angustie forent, in amplam convivii nuptialis domum deducebat; ibique nuptias celebrabat, & consummabat: juvenes autem, & Virgines utrique adveniendi honoris causa obviam præstant, præferentes tædas pronubas, præsertim ex spina alba, eaque quinq; Judæi autem non videntur olim habuisse usum cereæ ad lumina, cerearumque tædarum, sed olei, unde in Scriptura crebrò est mentio lampadarum, & lucernarum. Et hæc satis sint ad inveniendos Studiosi ritus antiquos, ac solemnitates genuinas in Matrimoniis contrahendis, occasione benedictionis, ac cæremoniarum, quas faciunt Parochi super Sponfis in Ecclesia, non tamquam hujus Sacramenti Ministri, sed uti testes necessarii pro ejus validitate post Concilium Tridentinum.*

DECISIO VII. ARGUMENTUM.

Explicatur indissolubilitas Matrimonii; & pro ejus intelligentia repetitur illa divisio, quòd Matrimonium aliud dicitur tantummodo Ratum; aliud verò Ratum, & Consummatum simul. Proponuntur, & solvuntur quatuor curiosa dubia, sed scitu necessaria, circa consummationem Matrimonii. Ostenditur Matrimonium consummatum esse indissolubile, & hanc indissolubilitatem provenire tum à Jure Divino; tum à Jure Naturali pluribus rationibus comprobatur. Objecta quatuor contra hæc rationes. Resolvitur objectum primum; aliorum trium ad sequentes Decisiones resolutione dilata.

SUMMARIUM.

1. Indissolubilitas Matrimonii in quo consistat?
2. Matrimonium consideratur vel tanquam simplex contractus tantum, vel tanquam contractus, & Sacramentum.
3. Infidelium Matrimonia non sunt Sacramenta.
4. Catechumenorum Matrimonia an sint Sacramenta?
5. Matrimonia Christianorum alia Rata, alia Consummata.
6. Copula carnalis habita ante Matrimonium Ratum an faciat illud esse consummatum?
7. Filii naturali: geniti ante Matrimonium sunt legitimi per solum Matrimonium Ratum.
8. Consummatum Matrimonium an sit per solum penetrationem abque seminatione in Vase Uxoris?
9. Factum presumitur, quod frequenter veri solet.
10. Professo Viri in Religione cognita Uxore abque seminatione, an dissolvat Matrimonium?